

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

29. Josephvs

urn:nbn:de:bsz:31-105410

Jacobi nominat, cum suam magnificentiam & veritatem hominibus vult declarare. Hic vir ex iis unus est, qui ærumnas maximas pertulerunt fide, superarunt patientia.

29. JOSEPHVS.

Josephus Jacobi & Rachelis filius, curæ quidem & solatio patri, sed fratribus odio tædioque fuit. Erant in eo dona excellentia, fides, pietas, scientia divinandi, obedientia, castitas, patientia. A Deo, cujus amore sincero flagrabat, in nullo vitæ periculo destituitur. Sapientia enim Dei eum liberat ab impiis fratribus, consolatur in cisterna, extollit in servitute, custodit a proterva domina, honestat in penuria, exhilarat in vinculis. Mente cognoscit magna & præfaga, se fore suorum aliquando principem atque altorem. In carcere Ægyptiaco aulicis captivis

vis even
barbarum
Deo doc
struit: p
Ægypti
& auro,
cum a R
curam ac
gestimo.
superbic
dini pro
rem ali
provincia
verissim
clor, op
orname
tum: C
in carcer
tati in di
fratribus
linquit:
tulit, J
Chanan

vis eventura prænunciat. Regem barbarum & principes externos de Deo docet, & sapientia cœlesti instruit: pater Pharaonis, & servator Ægypti nominatur; ornatus bysso & auro, & curru insigni vectus, locum a Rege secundum, & annonæ curam accipit, anno ætatis suæ trigésimo. In summa dignitate non superbit, Regem observat, multitudini prospicit, inimicis ignoscit, patrem alit, fratres ditat, in ecclesiæ provinciam regnum Ægypti redigit: verissimus vates, sanctissimus doctor, optimus princeps, suæ gentis ornamentum, alienæ firmamentum: Christi inter latrones imago in carcere, & mox ejusdem resuscitati in dignitate. Moriturus filiis & fratribus mandata de ossibus suis relinquit: quæ Moses ex Ægypto transtulit, Josua sepulcris majorum in Chananæa intulit. Reges Israël,
qui

qui tenuerunt Samariam, e stemmate ipsius sunt propagati.

30. POTIPHAR.

Potiphar Ægyptius, e regiis curatoribus præcipuus, Josephum emit a mangonibus Ismaëliticis: cujus ingenio, industria, integritate explorata, rem suam familiarem omnem adolescenti committit. Quamvis autem & in domo & in agris, Josepho procurante, domini bona auferentur plurimum: tamen præter panem, homini gnave seruoque spectato aliam nullam mercedem præbuit: accusatum ab uxore procaçe crimine falso, in carcerem aulicum detrusit. Tandem & ipse crudelitatis, & uxor lasciviae poenas dederunt. Deus enim Josepho & contra oppressores potentiam tribuit, & ejus calumniatores, celebri testimonio, mendacii convicit.

31. PHA-

31.

Phar
mius, n
rum co
interpre
in quib
gerat, e
denter r
ficit: b
miis m
torem,
guberna
ciarum
doris
liat.
impera
scit & p
nitatem
tiones v
tat, pius
dividit
liberali